



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Qvintum

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**


Titulus V. De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74544](#)

est 74. cum sequentibus, de rei vindicat. & de creditor. in l. si fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignor. licet antiquiores cum Bartolo in dict. l. 28. dicant implicare contradictionem, ut quis sit conductor, & simul possessio; nam facile non constat haec contradictione: si enim potest quis precario rogare ut possideat, cur non poterit

conducere ut possideat, ut considerat D. Joseph. de Retes in repetita prelect. ad tit. de acquir. possess. cap. 3. consuet. 2. qui ad id probandum expedit textum in l. si quis ante 10. §. ultim. ff. de acquir. possess. & sic præsens textus accipiendo est quod locata fuit possessio ipsa.



## TITULUS V.

### De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

#### CAPUT PRIMUM.

<sup>a</sup> Ex Concilio Lateran.



VONIAM Ecclesia Dei, & in iis, quæ spectant ad subsidium corporis, & in iis, quæ ad profectum proveniunt animarum, indigentibus sicut pia mater providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralē Ecclesiam <sup>b</sup> Magistro, qui clericos ejusdem Ecclesie, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium præbeat, quo docentis necessitas sublevetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur Ecclesiis, seu monasteriis, si retroactis temporibus aliquid in eis ex hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus omnino pretium exigat, vel sub obtentu alicujus consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid querat, nec docere quemquam, quis sit idoneus, expedita licentia interdicat. Qui vero contra hoc venire presumperit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus: dignum quippe esse videtur, ut in Ecclesia Dei fructum sui laboris non habeat, qui cupiditate animi dum vendit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impidire.

#### NOTÆ.

<sup>a</sup> Lateran.) Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. cap. 1. & in ipso Concilio Lateran. cap. 18. repertur textus hic: unde apparet, schola triam, seu dignitatem magistri schola in Ecclesiis Cathedralibus cepisse à temporibus hujus Concilii per annos Christi 1180. quod & docuerunt Petrus Gregor. lib. 15. syntag. cap. 19. Azor. 2. part. inst. lib. 3. cap. 23. Escobar. de Pontifici. Jurisd. cap. 8. n. 41. & cap. 30. §. 2. & in Gallia hoc decretum Concilii renovatum fuit anno 1563. & sanctum ut in singulis Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, in quibus plures effent quam decem Canonici, unus praebenda fructus destinarent uni, aut pluribus scholarum Magistris ab Episcopis approbandis ad instructionem puerorum, & juventutis, tam in litteris, quam in preceptis fidei catholicæ, ut referunt Chopinus lib. 1. de sacr. pol. tit. 1. numer. 13. & 14. Maynard. in notab. qq. lib. 1. cap. 9. Spondanus in continuat. Baronii, anno 1563. num. 69. & similiter in Concilio Coloniensi anno 1536. p. 12. cap. 3. idem cautum fuit.

<sup>b</sup> Magistro.) Magister à monendo, vel monstrando dicitur est, l. cui præcipua 57. ff. de V. S. Cassiodorus lib. 7. variar. ibi: Reverendum honorem sumit quisquis Magistri nomen accepit, quia hoc vocabulum semper de peritia venit, & in nomine cognoscitur, quid sit de moribus estimandum. Et cujuslibet disciplinae Præceptores Magistri dicuntur, l. qualem 19. §. final. ff. de recept. Ovidius lib. 1. eleg. 4. Illustrare Albericus Gentil. in lectio. Virgil. cap. 4. & ille, cui præcipua cura rerum incumbit, Magister appellatur, dict. l. 57. & in tit. C. de Magistr. sacrorum scriptorum, magistr. militum, & similibus. Hinc pecoris magistros pro his, ad quos pertinet cura animalium, posuerunt Virg. i. Georgic.

Pan curat oves, oviumque magistros. Varro lib. 1. de re rustica, ibi: Magister pecoris sine litteris idoneus esse non potest, quod rationes dominicas pascuarias conficerre nequaquam recte potest. Et magister dicitur qui ex numero creditorum prefectus est patrimonio debitoris vendendo, l. ult. ff. de curat. bonis dando, probat Briffonius de V. S. verbo Magistri,

#### CAPUT

## C A P V T I I.

Alexander III. <sup>a</sup> V'vinton. Episcopo.

**P**rohibeas attentiūs, ne in parochia tua pro licentia docendi ab aliquo aliquid exigatur, aut etiam promittatur. Si quid verò post prohibitionem tuam fuerit solutum, vel promissum; promissum remitti, solutum facias appellatione cessante refutui, sciens, quod scriptum est: Gratis accepisti, gratis date. Sanè si aliquis occasione hujus prohibitionis distulerit Magistros in locis congruis instituere, liceat tibi de concessione nostra omni contradictione, & appellatione postpositā ibidem viros providos, & discretos aliorum instruētiōni p̄fificere.

## N O T Ā.

<sup>a</sup> **V**'vinton.) Ita etiam legitur post Concil. Lateran. part. 2. cap. 17. & in prima col-

lectiōne, *sub hoc titul. cap. 2.* ubi additur *pars capi-*  
*pis Nuncios*, ut cognoscamus, in præsenti referri  
partem textus *in capit. nuncios, de decimis.*

## C A P V T I I I.

<sup>a</sup> Idem.

**Q**uantò Gallicana Ecclesia majorum personarum scientiā, & honestate p̄f-  
fulget, & eo cautiūs nititur curare, quæ confundere videantur ecclesiasticam  
honestatem; tantò vehementiori dignos animadversione eos censemus, qui no-  
men Magistri scholarum, & dignitatem assumunt in Ecclesiis vestris, & sine certo  
precio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impediunt. Cùm autem hæc  
prava, & enormis consuetudo à cupiditatibus radice procedat, & decorum admodum  
ecclesiasticæ unitatis confundat, providendum vobis est, & summope-  
rè faragendum, ut consuetudo ipsa de Ecclesiis vestris extirpetur, cùm vobis p̄-  
cipue, & specialiter adscribatur, si quid in Ecclesiis eisdem laude dignum invenia-  
tur, vel reprehensione notandum. Sub anathematis ergo interminatione curetis,  
ne qui dignitatem, si dignitas dici potest, fingentes, pro p̄fstanta licentia docendi  
alios, ab aliquo amodò exigere aliquid p̄fsumant, sed eis districte p̄cipiatis, ut  
quicumq; viri idonei, & litterati volunt regere studia litterarū, eos sine molestia,  
& exactione qualicumque scholas regere patiantur: si verò nostræ prohibitionis,  
vel p̄cepti extiterint transgressores, eos nostrâ auctoritate, & vestrâ, officiis, &  
dignitatibus spoliatis. Porrò si juxta mandatum nostrum corrigere neglexeritis,  
negligentiam vestram gravem habebimus, & molestam, & ad eam corrigendam  
manū extendere compellemur, ita quod si velint in hujusmodi rapacitatis pro-  
posito persistere, non valebunt.

## N O T Ā.

<sup>a</sup> **I**dem.) Ita etiam legitur in prima collectio-  
ne, *sub hoc titul. capit. 3.* & post Concil. La-  
teran. part. 2. capit. 18. Ex Vincentio tamen refert

Anton. Augustin. *in notis ad hunc textum*, con-  
stitutionem hanc emanasse contra Cancellarium  
Parisiensem, qui à quolibet publicè docente  
marcham unam argenteam exigebat.

## C A P V T I V.

<sup>a</sup> *in eodem.*

**V**ia nonnullis propter inopiā, & legendi studiū, opportunitas proficiendi sub-  
trahitur, in Lateran. Concilio pià fuit constitutione provisum, ut per unam  
quamque Cathedralem Ecclesiam Magistro, qui clericos ejusdem Ecclesiæ, alios-  
que scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium p̄btere-  
tur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via patet et discentibus ad doctrinam.  
Verum quoniam in multis Ecclesiis minimè observatur, nos p̄diū roborantes  
statutum

statutum adjicimus, ut non solum in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quorum sufficere potuerint facultates, constituantur magister idoneus, à Prelato cum Capitulo, seu majori, & seniori parte Capituli eligendus, qui clericos Ecclesiarum ipsarum, & aliarum gratis in Grammatica facultate, ac aliis instruat juxta posse. Sanè Metropol. Ecclesia Theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes, & alios in sacra Pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum à Capitulo unius præbenda proventus, & à Metropolitanu tantundem; non quod propter hoc efficiatur Canonicus, sed tamdiu redditus illos percipiat, quamdiu præstiterit in descendendo. Quod si forte de duobus Metropol. Ecclesia gravetur, Theologo juxta modum prædictum ipsa provideat; Grammatico vero in alia Ecclesia suæ civitatis, sive diœc. quæ sufficere valeat, faciat provideri.

## NOTÆ.

**a** Generali.) Lateranensi videlicet, sub Innocentio III. celebrato, ubi cap. 11. reperitur textus hic, nec non in quarta collectione, sub hoc titul. cap. unic.

## COMMENTARIVM.

**Conclusio**  
traditur,  
probatur.  
**I**n his quatuor constitutionibus una, eademque sententia proponitur, videlicet: In qualibet Ecclesia Cathedrali providendum esse de Magistro, qui clericos scholarum pauperes doceat, & ne pro licentia docendi aliquid exigitur. Quid etiam cautum lego in cap. de quibusdam 12. 37. dist. cap. 3. de vita & honest. cleric. Concil. Cabilon. sub Carolo, can. 3. Scholas Episcopi constituant, in quibus & litteris solertia disciplina, & sacra Scriptura documenta discantur. Valentinius sub Lothar. cap. 18. Tullense pars 2. cap. 10. Deprecandi sunt p̄i principes nostri, & omnes Fratres, & coëscopi nostri insatisfisiē commonendi, ut ubique omnipotens Deus idoneos ad docendum, id est fideliter, & veraciter intelligentes, donare dignetur, constituantur undique schola publica, ut utriusque eruditio, & divine videlicet, & humana, in Ecclesia Dei fructus valeat accrescere. Concil. Meldense can. 35. Synodus Romana suaſu Ludovici, & Lotharii habita, can. 3. ibi: Magistri, & Doctores in singulis locis constituantur, qui liberales artes aſiduè doceant; & stiales non inviantur, tunc divina Scriptura Magistri, & institutores ecclesiastici officii nullatenus desint. Alexand. III. Rhemensi Archiepiscopo scribens in cap. unic. hoc tit. in 2. collect. ibi: Nos autem in Concil. Lateran. nuper auctoritate Domini celebrato, ac tota Ecclesia, qua compenerat, approbante, statuimus, ut per omnes Ecclesias Cathedrales ad subſidium magistri, qui scholas regat, præbenda una debeat deputari. Quocirca ne in vacuum decreta, qua recta sunt, fieri videantur, si per nostram, & Episcoporum instantiam non fuerint observata, tna fraternitat mandamus, quatenus ad Ecclesias supradictas accedas, & ad opus Magistri, qui scolas regat, aliquod restituas beneficium. Leo X. in concord. cum Francisco Rege Francie, §. 1. tit. de collatione. Theodulfus ad presbyteros Aurelian. cap. 19. & 20. referit. Ant. August. in epist. juris lib. 14. tit. 9. Trident. sess. 5. de reform. cap. 18. Illustrant ultra congettos in præsentia Barbosa Cresol. lib. 2. mystag. cap. 14. Suarez tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 18. Corvinus lib. 4. aphorism. tit. 4. Landmeter. lib. 2. de veteri monacho, cap. 107. Acunna in cap. de eulogis, 18. dist. Duarenus lib. 1. de sacris Eccles. cap. 15. Bosquetus ad Innoc. III. lib. 3. epist. 114. Ro-

bertus lib. 3. ver. judic. cap. 2. Pater Mendo de iure academico lib. 2. cap. 12. Petrus Gregor. lib. 15. Syntag. cap. 14. Zypeus in consuls. canonico. ad hunc titul. cap. 1. Chopinus de sacra pol. lib. 1. tit. 5. numer. 12. Conradus Kling. lib. 4. loco commun. cap. 57.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem assertione ita insurgo. Episcopi proprium officium est populum in Ecclesia docere, ut probant Barbosa de potestate Episcopi part. 1. tit. 2. gloss. 10. Ergo non desideratur ut in Ecclesiis Cathedralibus magister eligatur, aut constituantur ad docendum. Accedit, nam etiā magister institui debeat, ut publicè doceat sacram Theologiam, vel sacros canones tamen Grammatica doctrina non decet Canonicum: unde D. Gregorius relatus in cap. surbat, 37. dist. cap. cùm multa, 86. dist. objurgat quendam Episcopum, eo quod Grammaticam profiteretur; ergo pro Grammatica docenda non debet clericus magister in Ecclesiis Cathedrali institui. Secunda etiam pars assertione difficulter redditur dum in ea doctur, non posse recipi premium pro concedenda licentia docendi; nam pro docendo, vel non, impunè pecunia recipitur, etiā de sacra Theologia agatur; quia licet scientia fuit res spirituales, procedunt tamen ab spirito creato, labore acquirentur, ut probant Binsfeldius in rubric. de simonia. Gibalinus eod. trah. quest. 6. confess. 4. Accedit usus majorum Academicarum, in quibus pro gradibus concedendi in omnibus facultatibus pecunia exigitur, quemusum probat, & defendit P. Mendo lib. 2. cap. 11. de iure academico, per totum. Igitur quia pro doctrina ipsa, & pro licentia docendi impunè pecunia exigitur.

Quā dubitandi ratione non obstante, vera est præfensi assertio, pro cuius expositione sciendum est, litterarum cognitionem, liberaliumque artium disciplinam, quibus juventus in publicis Gymnasiis eruditur, magnam Republica utilitatem afferre, ut testatur Plutarchus de institutionis liberis, ibi: Per hanc enim, atque hac adjutrice nosse licet, quid honestum, quid turpe, quid justum, quid iniquum, brevi quid expedendum, quid fugiendum, quemadmodum erga Deos, quemadmodum erga parentes, quī erga maiores natū, quī erga leges, quī adversus Magistratus, quī adversus alienos, quī adversus amicos, quī adversus conjuges, quī adversus servos nos gerere debeamus, Deos ut colamus, parentes ut veneremur, maiores natū ut reveremur, legibus pareamus, Magistratus audientes sumus, amicos diligamus, castè cùm conjugibus agamus, pietatem in liberis exerceamus, in servos non serviamus, & quod caput est, rebus secundis ut non exultemus, neq; nimium animum contrahamus rebus aperius;

asperis; neque in voluptatibus gestiamus, nec in ira exardeciamus, vel effeſati ſimus. Ideo in omnibus Rebus publicis bene moratis prima cura fuū ſcholarum publicarum, ut eſſent magiſtri, qui publicē Grammaticam ceterasque artes proſtituerent, & docerent, publico illis ſtipendio conſtituto. De Republica Hebræorum, ubi erant ſcholæ Prophetarum, & Scribarum, latè agit Hallierius de Eccleſ. hier. arch. lib. I. cap. penult. & de veteribus collegiis puerorum, ubi pueri eruditiebantur, plura adducit Vivar. ad Flavium Dextrum anno 385. apud Romanos Hadrianum caſarem magno laudium præconio commendat Lampridius, quod academias inſtituit, & eoruſ ſtudioſus eſſet, qui liberales artes profitiebantur. Et Alexius Commentus ſcholam inſtituit, quā pupilli, pauperumque liberi docerentur, vi etiunque, & alimenter, tam docentibus, quam diſcen- tibus affiſſavit, teſte Zonara tom. 3. pag. 129. & ſtipendia non vulgaria eſſe Professoribus ſtudio- rum affiſſavit, docetur in l. unic. Cod. de ſtudiis liberalibus, l. medicos, §. final. Cod. de Professor. & Medicis, lib. II. l. 1. Cod. Theodos. eodem tit. Plura Theophilus Raynaud. tom. 11. in Threnodia rei literarie, fol. 427. quin & Athalaricus Rex Se- natus Romano de ſtipendis professoribus fol- vendis ita ſcribit apud Caffiodorū lib. 9. epift. 21. Eiſorum cauſas jure ad patrum cognoscimus re- miſſe personas, ut ipsiſ illorum provectu debeat cogitare, quorum intereſt ſtudia Romana proficere. Neque enim credendum eſt, vos inde poſſe minūs eſſe ſolliciti, unde & generi veftro creſcet ornatus, & co- tui provenientiā lectione concilium. Nuper, ut eſt de vobis cura noſtra ſollicita, quorundam ſuſurratio- ne cognovimus, Doctores eloquentie Romana la- boris ſui conſtituta premia non habere, & aliorū, quorum nundinatio fieri, ut ſcholarum magiſtris deputata ſumma videatur immīnui. Quapropter cum maniſtum ſit, primum artes nutrire, nefas judicavimus, doctoribus adolescentium aliiquid ſub- trahi, qui ſunt potius ad glorioſa ſtudia per com- modorum augmenta provocandi. Prima enim Gram- maticorum ſchola eſt fundamen- tum pulcherrimum literarum, mater glorioſa facundia, qua eogitare novit ad laudem, loqui ſine vito: hoc in curſu orationis ſic errorem cognofit abſonum, quemadmodum boni mores crimen deteſtantur exterum. Nam ſicut Musicus conſonantibus choris efficit dulciſimum melos, ita diſpoſitus congruenti accentibus, metrum novit decantare Grammaticus. Eſt Grammatica magiſtra verborum, ornatrix humani generis, qua per exercitationem pulcherrima lec- tio- nis, antiquorum moſ cognofit juvare conſiliis. Haec non utuntur barbari Reges; apud legales Do- minos manere cognofit singularis. Arma enim & reliqua gentes habent: ſola reperitur eloquentia, qua Romanorum dominis obſecundat. Hinc oratorum pug- na civilis juris clasticum canit. Hinc cunctos pro- ceras nobilita- diis diſtritudo conſi- mandat: & ut re- liqua taceamus, hoc quod loquimur, inde eſt. Qua de re P. C. hanc vobis curam, hanc auſtoritatem propitiā diuinitate largi- nūr, ut ſuſſor ſchola liberalium literarum, tam Grammaticus, quam Orator, nec non & juris Expositor, commoda ſui deſceſſoribus ab eis, quorum intereſt, ſine aliqua immi- nitione perciptat: & ſemel Primi Ordinis veftri, ac reliqui Senatus ampliſſimi auſtoritate firma- tus, donec ſuſcepti operis idoneus reperitur, neque de- transferendis, neque de immi- nuendis annons à quolibet patiatur improbam quafionem: ſed vobis

D. D. Gonza- la in Decretal. Tom. V.

ordinantibus atque cuſtodi- entibus, emolumentorum ſuorum ſecuritate potiatur, preſeo Urbis nibilo- minus conſtituta ſervante. Plura congeſſerunt de Academiarum utilitate Loſeus, Oldendorpius, & Pater Mendo in traſt. de jure academico, Adam Contzen. lib. 4. polit. cap. 4. Frances de Eccleſ. Ca- thed. cap. 28. Befoldus tom. 2. polit. integro traſt. de jure academ.

Nec minor cura fuit apud veteres Eccleſia<sup>4.</sup> De ſchola Patres inſtituendi ſcholas, in quibus litterarum Eccleſia. ſtudia publicē proſtituerent, ut conſat ex Con- cilio Aquisgran. relato lib. I. Capitul. Caroli, cap. 72. ibi: Ut ſchola legentiū puerorum ſiant. Et lib. 2. capitul. capit. I. ibi: Schola ſane ad filios, & ministros Eccleſia inſtruendos, vel edo- cendos, ſicut nobis preterito tempore apud Attinacum promiſſi, & vobis injunxi- mus, in congruā locis, ubi dum nec perfectum eſt, ad multorum uilitatem, & propterum à vobis ordinari non ne- gligantur. Vafenſe 2. cap. 1. Concil. Mogunt. ſub Carolo can. 45. Propterea dignum eſt, ut fi- lios ſuos donent ad ſcholam, ſive ad monaſteria, ſive foras. Etiā Concil. Arclat. 6. can. 4. Tu- ron. 2. can. 18. & 22. Rhemensi can. 4. & tri- bus ſequentiibus, Epifcopis präcipit, & in- jungit, ut privatim, publicēque Presbyters, ac clericos ſuos, tam de Sacramentorum ad- miniſtratione, quam alii ſacri funzioni- bus eru- diant, atque inſtruant. Et de publicis ſcholis inſtituendis expreſſiū ita censuerunt PP. Con- cilii Parif. lib. 3. cap. 12. Similiter obni- xē, & ſuppliciter veftri Celfitudini ſuggerimū, ut morem paternum ſequentes, ſaltem in tribus congruenti- bus imperi veftri locis ſchola publica ex veftri auſtoritate ſiant, ut labor Patris veftri, & vefter per incuriam (quod abſt) labefactando non de- pereat. Concil. Valent. 3. can. 18. in Gallia: De ſcholis, tam divina, quam humana literatura, nec non eccleſiaſi- ca cantilena juxta exemplum p̄- deceſſorum noſtrorum aliiquid inter nos traſcetur, & ſi po- teſt fieri, ſt. tuatur, atque ordinetur. Con- cil. Lin- gon. cuius canones relecti, & conſi- fuen- ti fuerunt in Synodo apud Saponarias in Gal- lia, can. 10. Idem in Hispania repetitis canonibus cauſum legimus in Concil. Emerit. can. 18. Tolet. 2. can. 1. Tolet. 4. can. 24. quæ & alia veteris juris teſtimonia referunt. Ant. Auguſt. & Hallierius ubi ſuprā & varias Eccleſiarum ſcholas refert Alteſerra hic, & lib. 2. differt. cap. 7. Nec ſolū in Eccleſiis, & Epifcopiis olim ſchola habeantur, verū & in monaſteriis ſcholæ erant Ekkardus lib. de cas. monaſt. sancti Galli, cap. 6. ibi: Erant diſciplina loci, ut ſemper, & tunc ſevere, non modo in claſtro, ſed & in ſchola exteriis. Ex Concilio Mogunt. ſuprā relato: & varias monaſteriorum ſcholas refert Gibalnius de clauſur. regul. diſquisit. I. cap. 2. §. IX. & plura de his ſcholis in monaſteriis olim uitatis con- geſſerunt Landmeter. lib. 2. de veter. monach. cap. 107. Fileſacuſ in cap. 15. §. 3. de officio Ordin. Bosquetus in notis ad Innoc. 111. lib. 3. Regeſtr. 14. epift. 114. Sherlogus tom. 2. in Cantica, reſig. 35. cap. 2. ſed. unic. qui Salinancenſis noſtrum Academiam debitis extollit laudibus. Nec con- trarium probat canon 45. Concil. Aquisgran. in illis verbis: Ut ſchola in monaſterio non habeatur, niſi eorum, qui oblati ſunt. Nam pro hujus canonis expoſitione ſciendum eſt, praeter ſcholas proxime

M

relatas,

relatas fuisse alias privatas intra claustra, in quibus, qui clericali, aut monachali officio destinabantur, à monacho sibi preposito erudiebantur. Concil. Tolet. 2. can. 1. Tolet. 4 can. 23. ubi constituitur, ut qui in Clero puberes, aut adolescentes existunt, omnes in uno conciliu atrii commorenentur, & in disciplinis ecclesiasticis agant deputati probatissimo seniori, quem & magistrum disciplinæ, & testem vita habeant. Concil. Turen. 2. can. 14. Aquisgran. can. 135 Erant ergo in monasteriis schola exteriore, ubi laici etiam erudiebantur, & interiores, ubi monachi, & pueri oblati educabantur: constat ex Ekkardo dict. cap. 6. & cap. 10. ibi: Cùm apud sanctum Gallum ambas scholas teneret, nemo præter fusiones quidquam alterius, nisi latine, ansus est prologue. Nec in eis scholis alii admittebantur, præterquam oblati, & clerici juniores probatae vita. Unde Theodulphus Aurelianensis ad presbyteros cap. 19. nepotibus facerdotum concessit, ut etiam scholas interiores monasteriorum possint adire, ibi: Si quis ex presbyteria voluerit nepotem suum mittere ad scholam in Ecclesia sanctæ Crucis, aut monasterio sancti Aniani, sancti Benedicti, aut sancti Lisdardi, aut in ceteris de his cœnobitis, qua nobis ad regendum concessa sunt, ei licentiam id faciendi concedimus. Unde textus in dict. can. 45. accipiens est de his scholis privatis intra monasteria existentibus, ut docuerunt Bosquetus ad Innoc. dict. epist. 114. Hallierius dict. art. 5. Yepes tom. 3. chron. D. Benedicti, ad calcem libri, in notis ad ipsum canonem. Al- tellerra lib. 6. dissert. cap. 7.

9.  
Traditur  
decidendi  
ratio.

His ita animadversis, & aliis suppositis, quæ pro studiorum necessitate, & utilitate concessimus in cap. licet, de præbend. ratio præsentis assertioñis provenit ex eo, nam cum Ecclesiæ PP. agnoscissent, ita necessarium esse studium litterarum in pueris, & in adultis, statuerunt, ut in Ecclesiæ Cathedralibus essent clerici, qui Grammaticam docerent, & in Ecclesiæ Metropolitaniis publicè Theologiam legerent, & magnâ curatione, si attendamus personam magistri, & loci, ubi scientiæ doceri jubentur. Persona docens est clericus, cuius proprium est erudire pueros, & ignaros. Synodus Nicæna celebrata anno 787. can. 10. ibi: Non licet clericis curas seculares, & ad vitum pertinentes suscipere, ut qui sint à canonibus prohibiti hoc facere: potius autem ad docendos pueros, & servos accedant, legentes eis divinas scripturas: ad hoc etiam facerdotum sortiti sunt. Concil. Tolet. 2. can. 1. ibi: Lectores in domo Ecclesia sub Episcopali præsenti à Preposito suo erudiri debere. Tolet. 4. can. 21. Emerit. can. 18. Vasense 2. can. 1. Inde acriter controversum video inter Cellotium, & Hallierium, an officium docendi spectet ad Ecclesiæ hierarchiam. Ratio ne etiam loci, ubi doceri jubetur in præsenti, etiam valde confusa est disciplina Ecclesiæ præfens assertio; cùm, ut supra rectuli, schola olim frequentius essent in Ecclesiæ, monasteriis, aut prope ea: cuius moris ratio traditur in oratione Rhetoris ad V. P. Præsidem Galliæ sub Constantino Imperatore, his verbis: Maximè & oporet, & fas est exercere juventutis ingenia, ubi tam propinqua sunt numina amica doctrina, ubi ex proximo iuvat mens divina sapientiam. Et quondam apud veteres Bibliothecæ, vel in ipsi Deorum templis, vel vicinis ædibus collocate erant, ut Tertul. in Apolog. cap. 19. referat: quin & Cedrenus in Jusso Curopolate, dum narrat historiam

pueri Judæi à patre in clibanum ardente con-  
jecti obsumptas sanctæ Eucharistæ reliquias u-  
nā cum sodalibus Christianis, scribit scholam  
unde pueri illi redibant, Ecclesiæ vicinan fuisse.  
Recte ergo constitutum fuit in Concilio Late-  
ran. in præsenti relato, ut in qualibet Ecclesiæ ef-  
set unus magister, qui pueros clericosque doce-  
ret. Et licet scholæ ha, tam puerorum, quam ele-  
ricorum, omnino exerceri desirint, quia in omni-  
bus ferè provinciis sunt generalia studia in ma-  
joribus urbisibus; tamen in Ecclesiæ remanen-  
tibus præbenda Theologales, quæ Theologo as-  
signantur, & Scholastræ: qui Canonicus appella-  
tur Scholastric in cap. quanto, hoc titul. Magis-  
ter scholæ, seu scholarum in cap. 4. de postul. Pra-  
lat. cap. 5. deretur in 5. compl. Primicerius in cap.  
constitutis 2. 3. de appellat. & in plerisque Ecclesiis  
nominis hoc magistri scholarum adhuc manit; in  
aliis vero in locum Scholastric successit Cancel-  
larius Universitatum, qui sublato Scholastric  
nomine, dignitatem retinet, & simul est Cancel-  
larius generalis Studii, cui Apostolica auctorita-  
te competit jux concedendi Gradus, ut supponi-  
tur in cap. 4. juncta inscriptione, de arbitrio, cap.  
final. ut lite non contest. & observatur in nostra  
Academia Salmanticensi, ubi Magister Scholæ,  
qui præbendam cum dignitate in Ecclesia Cath-  
edrali habet, est simul Cancellerius Universita-  
tis. De cuius jurisdictione, & dignitate latet, a-  
gunt Escobar, & P. Mendo ubi suprà. Aliando Scholastric, & Cancellerius idem non est, ut  
in cap. constitutis 46. de appellat. Et licet olim  
inter DD. quæstio excitaretur, an Magister  
Scholæ dignitatem haberet, ut constat ex traditis  
à Paciano de probat. lib. 2. cap. 27. à num. 107.  
jam tamen hodie ex statutis Ecclesiistarum Schola-  
stræ una estè principalibus dignitatibus, ut pro-  
bat Petrus Gregor. lib. 5. syntag. cap. 19. Azor  
part. 2. infit. moral. lib. 3. c. 23. Cæsar de Eccles.  
hierarch. part. 3. dispat. 12. §. 4. Barb. de Canonici,  
cap. 10.

Nec obstat dubitandi ratio suprà adducta; nam  
licet Episcopi proprium officium sit populum  
in Ecclesia docere, tamen etiam alios esse debere  
in Ecclesia De Doctores, constat ex D. Paulo ad Ito.  
Ephefios cap. 4. & ex illis canonibus, ubi docetur  
Doctoris nomen sibi assumere neminem posse,  
nisi qui ad illud munus electus est. Concil. Ce-  
far august. can. 7. ibi: Item lectum est, ne quis  
Doctoris nomen sumat, præter has personas, qui-  
bus concessum est, sibi secundum quod scriptum est  
& ab universis Episcopis dictum est, placet. Et ita  
cet Episcopus ratione officii teneatur in communi  
populum docere, tamen speciales magistri  
constituti debent ad Grammaticam pueros do-  
cendam, ut in præsenti constituitur. Nec obstat  
augmentum ipsius difficultatis, deductum ex dict.  
cap. cum multa; nam in ejus casu reprehenditur  
à D. Gregorio Episcopus, qui omnino deditus  
erat studio Grammatica & humanarum literarum;  
Theologiam omittinge, & negligendo, ut docuit Ramirez de Prado in schedijs. num. 53.  
& notavimus in cap. 6. de etate, & qualit. ubi ex-  
poiuimus quatenus licet clericis, & Ecclesiæ  
ministris lectio librorum Gentilium. Nec ob-  
stat alia difficultas, nam in præsenti non prohibe-  
tur exactio pecunia per Magistrum à discipu-  
lis pro doctrina scientiarum, seu eruditis  
ipsis; nam certum est, in hujusmodi pre-  
tri exactione nullam committi simoniam, eti  
Theologia doceatur, aut si Advocatus confi-  
lium vendat in causa spirituali, cap. non  
licet.

*Iacet, 11. quest. 3. cap. non sanc 14. quest. 5. quia  
hujusmodi scientie procedunt à labore naturali,  
ut defendunt Gibalinus, & Binsfeldius ubi suprà,  
Pater Mendo de jure academico lib. 2. cap. 10.  
Unde stipendia, & salario Praeceptorum iure ci-  
vili approbata fuerunt. Quare Paulus, & Julia-  
nus docuerunt in l. cùm tutoris 12. §. 3. ff. de admi-  
nist. tut. l. 4. ff. ubi pupillus educari, pro dignita-  
te natalium pupilli tutores posse constitutere  
mercedem Praeceptoribus: & in l. duo 71. ff. pro  
ficio, refertur duos societatem coisse, ut Gram-  
maticam docent certò stipendio & salario con-  
stituto. Pro quorum illustratione adiri possunt  
Revardus lib. 2. conject. cap. 10. & 19. Rudolf.  
Fornerius in notis ad Cäsiod. lib. 4. epist. 1. Su-  
arez de Mendoza ad legem Aquil. lib. 2. cap. 3.  
scil. 6. ex num. 16. Merillus lib. 5. prior. observ.  
cap. 1. & 17. Cujac. lib. 5. 8. Pauli ad edict. in l. cùm  
tutor 3. Et salario hac plerumque appellabantur  
mercedes. Marcus Tullius in Philip. At quanta  
mercede Rhetori est data, audite Patres Con-  
scripti. Author de Claris Grammaticis, de Lælio  
Præconino: Pretia Grammaticorum tanta, mer-  
cedesque tam magna. Et l. 4. §. sed & si, de de-  
cret. ab ordin. faciend. D. Hieron. ad Pamma-  
chium epist. 101. Quillum in magna mercede nihil  
sire docuerunt. Aufonius de Exuperio.*

— Tum pueri grandi mercede docendi.

*Junenal. satyr. 7. Macrobius lib. 1. cap. 12. Il-  
lustrat Savarus ad Sidonium lib. 5. epistol. 7. fol.  
334. Illud notandum, retributionem professo-  
rum Juris, & Philosophiae, non appellari mer-  
cedem, sed honorem, dicit. l. 1. §. an & Philosophi,  
ff. de variis, & extraordin. Rhetores verò, &  
Grammaticos stipendum, & mercedem accep-  
re, dicit. l. Aquilus. Quod stipendum diceba-  
tur Minervale. Notavit Retes de donationib. cap.  
3. num. 12. Et discipulos Magistros suos mun-  
ificentis ditare debere, deducitur ex l. Aquilus, ff.  
de donat. & Sabinum a suis scholariibus suisse fu-  
stentatum, refertur in l. 2. ad finem, ff. de orig. juris:  
& idem utiliter à negotiorum gestore sunt ex-  
pensa pro mercibus magistrorum, l. si patrono,*

*Cod. de negot. gestis. Immò Praeceptores, quibus  
promissum stipendum non solvit, extra ordi-  
nem audiū docetur in l. 1. §. 2. ff. de extraordin.  
cognit. & probarunt Cujacius in l. unic. Cod. de  
studis liber. lib. 11. Giphanius ad Ethic. Aristot. lib.  
9. cap. 1. Revardus lib. 1. conject. cap. 10. ubi ex-  
ponit Juvenalem satyr. 10. in illis verbis:*

*Eloquium, aut famam Demosthenis, aut Cice-  
ronis.  
Incipit optare, & totis Quinqquatribus optat  
Quisquis adhuc uno partam colit aſſe Miner-  
vam,  
Quem sequitur custos angusta vernula capsa.*

*Si verò Magister beneficium, aut publicum sti-  
pendium sufficiens habeat, pretium aliquod à dis-  
cipulis exigere non valet, cap. 1. juxta veram le-  
ctionem, hoc titul. sponte tamen oblata eo casu  
à discipulis recipere non prohibetur, cap. pris-  
cius 10. quest. 3. cap. de eulogis 18. dist. cap. quidquid.  
cap. placuit 1. quest. 1. Prohibetur ergo in præ-  
senti pro licentia docendi concedenda pretium  
exigere, non quia id simonia sit, ut vulgo credi-  
tum est, sed quia ad simonia crimen accedit,  
qui avara cupiditate pro licentia docendi aliquid  
temporale extorqueat a doctis viris, qui ad scien-  
tiarum, bonarumque litterarum cognitionem  
aditum patefaciunt, & muniunt, quos decet po-  
tius precibus, & munieribus ad docendum invi-  
tari. Nec obstat quod expendebamus de usu in  
academiis recepto exigendi pretium pro gradi-  
bus Baccalaureatus, Magisterii, & Doctoratu-  
s; nam talis pecunia non exigitur pro licentia  
docendi, sed pro honoribus, & emolumentis  
temporalibus, quibus similes graduati perfrun-  
tur. Quæ omnia sunt naturalia, & prelio exti-  
mabilia. Unde quò celebriores Academiae sunt,  
& majora commoda graduati aſſequuntur, ma-  
jora solent stipendia, vulgo propinas, perfolvi,  
ut probat P. Mendo de jure academic. lib. 2. qua-  
siōn. 11. per totam. Hinc exponendus erat canon  
71. Synodi sexta: sed ejus interpretationem de-  
dimus in cap. 8. de vita & honest. clericie.*

## C A P V T V L T.

### ¶ Honорий III.

**S**Vper specula. *Et infra: Cùm itaque de singulis provinciis puellæ speciosæ, ac  
virgines pro Rege Assuero, qui Beatitudine dicitur, per ancillas quæri debeant,  
& adduci ad arcem & moenia civitatis, & per manum Aggei mundum muliebrem  
accipere, necessariorum videlicet fulcimenta: volumus & mandamus, ut statutum  
in Concilio b generali de Magistris Theologis per singulas Metropoles statuen-  
dis inviolabiliter observetur, decernentes insuper de consilio fratrum nostrorum,  
ac districte præcipiendo mandantes, ut quia super hoc propter raritatem magistro-  
rum se possent forsitan aliqui excusare, ab Ecclesiarum Prælatis, & Capitulis ad  
Theologiae professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui cùm docti fuc-  
runt, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum  
copia possit haberi Doctorum, qui velut stellæ in perpetuas aternitates mansuri,  
ad justitiam valeant plurimos erudire: quibus si proprii proventus Ecclesiæ non  
sufficiunt, prædicti necessaria subministrent: docentes verò in Theologicâ Fa-  
cultate, dum in scholis docuerint, & studentes in ipsa integrè per c annos quinque  
percipient de licentia Sedis Apostolicae proventus præbendarum, & beneficiorum  
suorum, non obstante aliquā contrariā consuetudine, vel statuto, cùm denario*

*D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. V.*

M 2 fraudari

fraudari non debeant in vinea Domini operantes. Hoc autem inconcussè volumus observari, firmiter disponentes, quod <sup>d</sup> feriamus poenâ debitâ transgressores.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> **H**onorius III.) Ita etiam legitur in quinta collectione, sub hoc titul. cap. unit. & tam inscriptionem, quam hujus textus historiam retuli in cap. super, ne cleric. vel monach.

<sup>b</sup> Generali.) Lateranensi videlicet, relato supra in cap. quoniam.

<sup>c</sup> Annos quinque.) Hoc tempus non refertur ad docentes, sed ad studentes, qui per quadriennium, aut quinquennium solent studiis interesse

pro diversitate scientiarum de quo temporis spatio agit Mancinus Genial. cent. 2. cap. 151. quem transcriptis Barbosa tom. 6. in select. ad hunc tex- tum.

<sup>d</sup> Feriamus.) Id est excommunicatione ligamus, ut etiam accipitur ferire in cap. 6. de rebus Ecclesiæ, ibi: Anathemate feriatur: & in can. 5. sy- nodi Veneris, can. 7. Concilii Mogunt. & aliis vul- gatis.

Commentarium hujus textus dedimus in cap. licet, de præbend.

## TITULUS VI.

## De Judæis &amp; Saracenis, &amp; eorum servis.

## CAPVT PRIMVM.

Ex Concilio <sup>a</sup> Maticensi.



Tlicet quid de Christianis, quod aut captivitatis incursu, aut quibuscumque <sup>b</sup> fraudibus Iudæorum servitio implicantur, debeant observari, non solù canonibus, sed & <sup>c</sup> legū beneficio jam pridem constitutum: tamen quia nunc ita querundam querela exorta est, quosdam Iudæos per civitates, aut municipia consistentes in tantam insolentiam, & proterviam prorupisse, ut nec reclamantibus Christianis liceat vel pretio de eorum posse servitute absolviri: idcirco præsenti Concilio Deo auctore sancimus, ut nullus Christianus Iudæo deinceps debeat servire; sed datis pro quolibet bono mancipio 12. <sup>d</sup> solidis, ipsum mancipium quicunque Christianus, seu ad <sup>e</sup> ingenuitatem, seu ad <sup>f</sup> servitium licentiam habeat redimendi: quia nefas est, ut quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis maneant irretiti. Quod si acquiescere his, quæ statuimus, quicunque Iudeus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum suum cum Christianis ubicunque voluerit habitare.

## NOTÆ.

<sup>a</sup> **M**aticensi.) Ita legitur in prima collectio- ne, sub hoc titul. cap. 1. sed male, tam in ea, quam in hac sexta: legendum enim est, Mati- sciconensi, in quo Concilio can. 16. reperitur textus hic pro ut in præsenti transcribo. Concilium hoc Maticconense i. cœlebratum fuit sub Pelagio II. temporibus Gunteramni Regis Gallicæ anno 581. hortatu ipsius Regis, ad morum reformationem, ac præcipue Iudæorum petulantiam coercendam, ut referant Baronius in eodem anno, Coriolanus in summa Conciliorum, Binius & Sirmindus in notis ad ipsum, tom. 3. Regie editionis fol. 65. In eo editos fuisse viginti canones, scripsit Ado Viennensis Episcopus in chron. his verbis: Post Philippum Evansius vir sanctus Episcopus Vienna levatus est. Hic cum sancto Prisco, & Artemio Senonico, & Remigio

Bituricensi, & cum aliis sanctis Episcopis viginti capitula ecclesiastica perfectè roboravit. Dicūm est à Maticconia civitate Gallia, de qua frates Sarmat. tom. 3.

<sup>b</sup> **Fraudibus.**) Venditionibus videlicet iniustis.

<sup>c</sup> **Sed & legum.**) L. 1. Cod. ne mancipium chris- tianum, l. 57. C. de Episcopis & clericis. & aliarum, quas sequenti commentario dabimus.

<sup>d</sup> **XII. solidis.**) Jure civili estimatio communis servi erat viginti solidorum, l. 3. C. communia de legat. l. inter 2. & final. ff. mandati, l. 4. ff. de servis fugit. l. Papianus 8. §. final. cum duabus legibus sequentibus, ff. de inoffic. testam. l. 2. Cod. de fide- commiss. libert. l. si mulier. 31. ff. de minor. l. cum ex falsis 47. ff. de manumiss. testament. l. 1. §. 5. Cod. de communia servo: vel quindecim, l. ult. ff. de condit. institut. l. 35. Cod. de donatomb. nisi aliqua arte, aut scientia essent prædicti, juxta